

* I * H * V * S *

~~G. H. #.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VI-23.

SIGNAT. CCCXIII.

Einzelne verstreut
1941.

Stückzettel erled.



586

78

Lucubratiuncula
De
IUSTIFICATIONE
NUMINE FAVENTI,

PRÆSIDE,

Viro Reverendo, Clarissimo, & Excellentissimo,

Dn. BALTHASARE MEISNERO,
S.S. Theologiæ D. & P. P.

RESPONDENTE

M. JOACHIMO KESTNERO,
Oppaviano Sil.

Eruditorum censuræ subjecta;

In Asceterio Majori,

ANNO Partus Virginei

M. DC. XXII. d. 4. Oct.

WITTEBERGÆ,

Literis GORMANNIANIS.



EXCELSIS EXCELSIS EXCELSIS
EXCELSIS EXCELSIS EXCELSIS

VIRIS
AMPLISSIMIS, SPECTATISSI-
MIS, PRUDENTISSIMIS,

DNN.

CONSULIBUS ET SE-
natoribus inclytæ & Flo-
rentissimæ Publicæ Rei Op-

pavianæ;

Studiorum suorum fautoribus, immò auto-
ribus & altoribus benignissimis

NEC NON

Clarissimo, & Excellenissimo

VIRO,

DN. M. TOBIÆ MAGIRO, LOGICO

Francofurianopräsigni,

Patrono suo Parentis loco observando;

ITEM

Consultissimo, Doctissimoque

VIRO,

DN. PAULLO CRUMMIO, SYNDICO

& Notario apud Oppavienses indu-
striosissimo;

Mæcenati multum sufficiendo;

Hocce Chartulanum & Psyricum Munusculum

recomitare submissæ obnixæque Gratitudinis

præsentat

AUT. & RESP.



¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶

Pegolius.

Gum homo ad imaginem & similitudinem Dei conditus eslet, hanc illi dignitatem & prærogativam invidit nonne ille Spiritus, a colubrum in paradiſo corporali, ^{a Aug. l. 14.} ubi cum duobus illis hominibus, masculo & femina, animalia etiam de C. D. c. II. terrestria cetera subdita, & innoxia versabantur, animal, scilicet lubricum, & tortuosis anfractib⁹ mobile, operi suo congruum, per quem loqueretur, elegit: eoque per angelicam præsentiam præstantioremque naturam spiritali nequitia sibi subiecto, & tanquam instrumento abutens fallaciam sermocinatus est feminæ: a parte scilicet inferiore illius humanæ copulæ incipiens, ut gradatim perveniret ad totum: non existimans virum facile credulum, nec errando posse decipi, sed dum alieno cedit erori; eiique persuasit, ut vitiosâ concupiscentiâ divinae sapientiæ blandissimè allecta, falsaque & blasphemæ de I E H O V A opinione, quasi divina bonitas ubiorem sapientiam invidisset, & mortem non serio intentasset, à Diabolo generis humani acerrimo ^{ηγι ακηγύντω} fascinata, contra expressum Dei mandatum inhibitorium de arbore prohibitâ ipsa & maritus Adamus ederet. Quo facto, iram Dei, temporales & æternas poenas duo primi, quorum creatus est unus ex nullo, alter ex illo, sibi & omnibus postgenitis attraxerunt, juxta severissimam Dei comminacionem; ^{b Gen. 2,} b quocunq; die comederis de ligno hoc, morte morieris. Quid jam faciendum? desperandum? neutquam. Angeli quidem lapsi sunt sine ſpe reparationis; ut Petrus asseverat̄ comprobat, dicens; ^{c 2.Pet. 2,4.} c DEUS angelis peccantibus non pepercit, sed catenis noctis in Tartarum præcipitatos, tradidit servatos in judicium: & non ab- ^{d Iud. v. 6.} nuit Judas; Dominus, inquiens, angelos non servantes suam originem, sed relinquentes suum domicilium, ad judicium magni illius diei vinculis æternis sub caligine servavit. At vero inenarrabile & insolubile beneficium est, quod d Filius Dei Ange- ^{d Heb. 2,16.} los non assumit ad redimendam naturam Angelicam, quæ lapsa

A 2

erat:

e Chemnit.
p. 2 de Iu-
stif. in pr.

f 1. Sam. 5.
1.2.3.4.

erat: sed assūm̄it Semen Abrah̄e, & propter nos homines, ac propter no-
strā salutem descendit de cœlis & incarnatus est. Hic suā Incarnatione,
Passione & morte cōplurima nobis beneficia acquisivit; quæ omnia
ita sunt comparata, ut expositā ratione IUSTIFICATIONIS ho-
minis peccatoris coram Deo, quid de reliquis beneficiis sentiendū
sit, & quomodo nobis illa quoq; obtingat, facile sit ad intelligē-
dum. Sed quid? e hic unicus Locus, præcipue discernit Ecclesiam
à reliquis omnib⁹ gentibus & superstitionibus, sicut Augustinus in-
quit: Ecclesia discernit justos ab injustis, non lege operum, sed fi-
dei. Immó hic Locus est tanquā arx & præcipuum propugnaculū
totius doctrinæ & religionis Christianæ, quo vel obscurato, vel
adulterato, vel subverso, impossibile est, puritatem doctrinæ in
aliis locis retinere. Salvo a. hoc loco, corruunt per se omnes ido-
lomania, superstitiones & quidquid est corruptelarū in omnibus

ferè aliis locis, nō dissimili exemplo, sicut cùm arca Domini in
templo Philistinorū collocaretur juxta idolū Dagon, statim illud
suo loco motum fuit; & licet sæpius reponeretur; tamen stante
arcâ Domini, consistere non potuit, imò tandem planè disiectū
fuit. Quæ cùm sic habeant, non absurdam rem facimus, sed neces-
sariam, non ridiculam, sed utilem admodum, quib⁹ de hoc palma-
rio Articulo indago proposita est. Quæ ut felix exordium, felicius
medium, felicissimum exodium possit sortiri, IEHOVAM Deum
Opt. Max. à quo omnis est nostra ināvōτης, ardentibus suspiriis
deveneror: ut is meæ impotentissimæ infirmitati vires tamen a-
liquas annuat: quô tantæ exspectationi in hoc arduo, & hume-
ris meis longè ponderosiore munere, vel aliquā saltem ex parte
possim sufficere. Ille, quæcunq; salubriter scienda nescimus, doceat nos:
in his quæ vera novimus, custodiat nos: in quibus, ut homines fallimur,
corrigat nos: in quibus verū titubamus, confirmet nos, & à falsis ac noxiis
eripiat nos, ut in cogitationibus ac sermonibus nostris, quod salubriter do-
nat, inveniat, & ea faciat, de ore nostro procedere, quæ sint coram ipso
principaliter grata, & sic fiant fidelibus cunctis accepta, AMEN.

Apborismi.

1. Primum recte cogitandi principium est expendere rei nomen,
juxta sententiam illam obtritam: ὡρὶς τὸ ὄρθως διδάσκειν, δὲ
περὶ τὸν εὐεργέτην τὰ ὄνοματα: cui etiam addit tibicinem Theo-
logus



logus ille incomparabilis Martinus Chemnitius passim in suis locis communibus, in primis de Justificatione c.3.

2. Ita enim scribit: Et amanda & magnificienda est Grammatica enarratio vocabulorum, quorū usus est in præcipuis Locis doctrinæ cœlestis. Et paullò post: In perpetua historia Ecclesiæ observandum est, quantum damni Ecclesiæ dederit contemptus & ignoratio veræ Grammatices in hoc Articulo. Omnibus n. etatib⁹ lux sanæ doctrinæ de Justificatione primò inclinata, postea paulatim magis obscurata, & demum planè amissa & extincta est, inde potissimum, quod à genuinâ significatione vocabulorum hujus Loci, quæ scripturæ peculiaris & propria est, discessum fuit.

3. Quando itaq; ζήτηται instituitur de Justificatione hominis eoram Deo, verbum Iustificandi nunc idem valet, quod justum a constitutere, seu quod idem est, justum censere b reputare: nunc idem quod justum c pronuntiare, seu absolvere, quatenus quidē absolvendi verbum actionem judicis signat. Quæ duæ significations ita inter se cognatae sunt, ut altera caussam efficientem, altera effectum notet. Quia n. Deus hominem justum reputat in mente suā, ideo eundem justum quoque pronuntiat in mente ipsius, d persuadendo scilicet ei illam justitiæ imputationem.

a Rom. 5,19.
b Rom 4,5. 6
c Rom. 8,33.

d Rom. 8,38

4. Digna verò illa caussa, quæ uncialibus litteris seu pollicaribus subnotetur, quō vel cæcutientibus ac lusciosis ingeratur liquidius, quamobrem Paulus in explicatione hujus Articulis tantopere delectetur verbo forensi Iustificationis, quæ quidem gemina quid constitui. Una; ad tollendas cogitationes Epicureas, quando existimant rem & actionē valde levem esse Justificationem peccatoris, & ideo peccatum non valde curant, reconciliationem cum Deo non seriè expetunt, nec diligentia aliquā retinere student. Altera; ad lancinandas persuasions Pharisaicas, quādo sibi blandiuntur, & propriam justitiam conantur a σησται, & justitiæ Dei non sunt subjecti. Verūm quando sub imagine iudicij, examinis, & tribunalis divini, per processum (ut sic interim dicere permittamus) judicialem, doctrina Iustificationis proponitur & consideratur, tunc fundamenta veræ sententiæ re- p. 2. de Iu- etiūs intelliguntur, & utrinque à Pharisaicis & Epicureis opini- stific. c. 3. f. onibus puritas doctrinæ potest retineri. Has rationes enorat 278. B. Chemnitius.

5. Age jam altius introspiciamus & ad exactiorem libram revocemus Genus Justificationis, quandoquidem primum recte cogitandi principium est invenire rei categoriam; quod est actio, quia Paullus verbis activis utitur, justificare, salvare, peccata remittere.

a Marci 7,2.
b Esa.43,25.
c Rom.3,26.
d 4,5.8,34.
Gal.3,8.

6. Et quidem actio Dei, qui a solus peccata remittit, b solus salvat. Sicut enim in judiciis forensibus Judex productum regum, vel absolvit, vel condemnat: Sic etiam coram tribunali Dei, ipse c Deus, hominem peccatorem justificat. Ceterum illud observationis non utiq; incuriosæ, quod vocabulum Dei γενωδως, quā tribus Trinitatis personis commune est, hęc accipiatur.

7. Quod si ad disquisitionem revocemus Objectum justificationis propriū & formale, sunt illud omnes & soli credentes, in Christum, quā tales. Unde fides ipsa sola justificare, itemque imputari ad justitiam dicitur, quia est ratio formalis & propria objecti, quod justificatur, vel cui promissa est justificatio. Quo sensu etiam instrumentum seu caussa instrumentalis Justificationis dicitur, non respectu Dei justificantis, sed subjecti recipientis.

8. Objecto justificationis excusso, nobili censurā perpendendae veniunt caussæ, quæ ordine in digitos sunt mittendæ.

9. Principalis est Deus, seu Tota Trinitas, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Quemadmodum n. opus creationis totius Trinitatis est: ita etiam Redemtionis seu Iustificationis opus Toti Trinitati ascribendū est; servata tamen cujusq; personę proprietate; id quod ex th. 6. est aptum. Præterea hęc veritas conspicua redditur inductione peculiarium testimoniorum de singulis personis.

a 1. Ioh.3,1.
b Gal.2,20.
c Eph.5,25.
d 2. Cor.8,9.
e 1. Pet.1,2.
f Rom.5,5.
g 1. Cor.6,11.

10. Enimvero de Patre dicitur: a Vide qualem caritatem dedit nobis Pater. Et talia testimonia multa sunt de Filio: b Dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Iterum: c Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum. Item: d Nostis χάριν Dn. N. I.C. quod pro nobis pauper factus est. De Spiritu Sancto: e Dilectis juxta præfinitionem Dei Patris, per Sanctificationem Spiritus. Et vicissim: f Caritas Dei effusa est in cordib; nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. Rursum: g Justificati estis per nomen Domini Jesu, & per Spiritum Dei nostri.

11. Caussa πενογγυμένη est tum misericordia, tum justitia ipsius in

Evangelio patefacta. Illa; quatenus citra, immo contra meritum nostrum nos justificat. Nihil enim in nobis est, quod Deus respicere possit, ita ut propter illud nos justificet, hoc est, à peccatis & sententiâ damnationis absolvat, ac receptet ad vitam æternâ.

Ita enim Scriptura loquitur : a Ego sum, ego sum ipse, qui dñe eo ^{a Isa. 43,}
iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Narra si quid habes, ut justificeris. Item : b Mundabitini ^{b Ezech. 36,}
ab omnibus iniquitatibus vestris. Non propter vos ego faciam, ^{s. 32.}
ait Dominus, notū sit vobis : confundimini & erubescite super
vitis vestris. Ista; quatenus propter Meritū Christi nos justificat. ^{a Rom. 10, 4}

12. Causa igitur πένατης γενής ac meritoria propter quam ju- ^{Ioh. 1, 38.}
stificamur est a sola satisfactio & justitia Christi, qua proinde hoc ^{1. Ioh. 2, 1.}
sensu nobis imputatur : & à nonnullis materia justificationis & ^{1. Ioh. 4, 10.}
causa propter quam vocitatur. Confer mutos (quod dicitur) ^{2. Cor. 5, 18.}
magistras, & si prolixum est, b D. Nicolaum Selneccerum. ^{Eph. 1, 3. 1.}

13. Rectè etiam impulsiva, externa, remota & πένατης γενής po- ^{Cor. 1, 9.}
nitur, ingens miseria generis humani, quod propter peccatum ^{Rom. 3, 24.}
obnoxium est morti & damnationi æternæ. Hac miseriâ move- ^{Rom. 5, 10.}
tur Deus ut ex merita misericordia credentibus in Filium remittat ^{17. Eph. 1, 7.}
peccata & faciat eos hæredes vitae æternæ, ut lucidissime & dul- ^{Eph. 2, 16.}
cissime Paullus a affirmat & confirmat. ^{Col. 1, 13.}

14. Contra Justitiarios, qui qualitates quasdam in nobis po- ^{b parte secū.}
nunt, quarum respectu Deus credentes acceptet ad vitam æternam, dñm. Instit.
hæc observatio utilior est: quod causa πένατης γενής (seu quo- ^{Christianæ}
cunq; vocabulo appelletur) gratiae & misericordiae Dei erga nos, in Relig de Iu-
scripturis ponitur, desperata miseria generis humani, à quam non stis. th. 47.
possint seipso liberare, tantum abest, ut Pontificiorū sententia a Eph. 1, 13.
vera sit. Διαρρήση namq; scriptura inquit; a quia non potuisti lege 14.
Mosi justificari, b quia jugum legis nemo potuit portare, c filius Dei a. Act. 13, 38.
venit, ut destruat opera Diaboli: d quod impossibile erat legi ob car- b. act. 15, 10.
nem, e misit Deus Filium, ut eos qui sub Lege erant, redimeret; f c. 1. Ioh. 3, 8.
ut liberaret eos, qui tunc mortis per totam vitam obnoxii erant d Rom. 8, 3.
servituti: g ne pereat mundus, sed salvetur. h Mortui eramus pec- e Gal. 4, 4. 5.
catis, sed qui dives in misericordia, propter nimiam caritatem su- f Heb. 2, 15.
am, qua dilexit nos, convivificavit nos in Christo. g Ioh. 3, 16.

15. Instrumentalis causa, sive media, quoad Deum, sunt Evangelii h Eph. 2, 4. 5.
pro-

promissio & Sacramenta, quæ sunt sigilla promissionis. Per hæc
a Rom. 1,16 enim media Deus est a efficax, accendens Fidem, & credentibus
b Tit. 3,5. b exhibens atq; applicans beneficia Filij Mediatoris.

16. Quo ad nos est Fides, (quam etiam laudavit h. 7,) quā sola tamquam manu beneficia Filij Dei in promissione Evangelij
a Ioh. 3,16. oblata, apprehendimus & nobis applicamus, juxta dicta; aut o-
mnis qui credit in Filiū, non pereat, sed habeat vitam æternam.
b Ioh. 3,36. nam. Item: b qui credit in Filium, habeat vitam æternam.

17. Caussa formalis nostræ justificationis est gratuita remissio peccatorū, sive expiatio, quā peccata nostra nobis non imputantur, imputatio justitiae, seu quod idē est, obedientia Christi, quā sola corā Deo Justi sumus, & accepti ad vitam æternā, id quod Paulli monumentis testatissimum est, apud quem passim ita legitamus; a
b Rom. 4,7. ad ostensionem Iustitiae ejus, quæ est per remissionē peccatorum. b
g. Luc. 18,v. Beati quorū remissæ sunt iniquitates, quorū tecta sunt peccata. Beatus vir, cui Dominus non imputat peccatum. Et alibi: c ut & inveni-
actor. 13,
38.39. ar in illo non habens mēa justitiam, quæ ex Lege est, sed illam quæ ex fide est Christi Iesu, quæ ex Deo est justitia in fide.

18. Caussa finalis est primò Gloria Dei, quod non tantum sit ius-
a Rom. 3,36 stus, sed etiam summè misericors, & effictim diligit genus huma-
nūm, vigore dicti Paullini: a ad ostensionem justitiae ejus in hoc
b Rom. 11,32 tempore, ut sit ipse justus, & justificans eum, qui est ex fide I. O. Item: b conclusit Deus omnes sub peccatum, ut omnium misereatur. Et cognitissima est illa sententia; Sic Deus dilexit mundum, & sic deinceps.

19. Secundò dignitas obedientiae Christi, quod hæc sola sit satisfac-
tiō pro peccatis mundi, ideoque honos debitus huic Iustificatori
Ioh. 1,29. tribuatur, juxta dictū; ecce agnus Dei, qui tollit peccatū mundi.
g. I. Pet. 1,9.

20. Tertiò: Salus justificatorum, ut credentes salventur, a re-
parantes finem fidei suæ, salutem animarum suarum, verba sunt
Petri, in quibus alludit, ut hoc operā subnotem parergā, ad illud
b Ps. 126, v. b Psalmi: portantes manipulos suos. Succinit & Paullus, cùm
ult. inquit: c Nunc v. liberati a peccato, servi a facti Deo, habetis fru-
c Rom. 6,22. ctum vestrum in sanctificationem, finem v. vitam æternā. Nec
d Tit. 3,7. oblitus est alibi: d ut justificati gratiā ipsius, hæredes simus se-
cundum spem vitæ æternæ. Quin iterum Petrus inculcat finem
dicens:

dicens: e Cūm apparuerit Princeps Pastorum, percipietisim- e 1.Pet.5,4.
marcessibilem gloriæ coronam.

590

21. Ex hactenus dictis ejusmodi constituamus definitionem:
Iustificatio est actio Dei gratiosa, quā hominib⁹ peccatoribus vere in Chri-
stum credentibus ex gratuitā suā evōnīa propter meritum Christi pec-
cat a remittens & iustitiam imputans eos adoptat ad vitam aeternam in
laudem gloriæ misericordie & iustitiae ipsius.

22. Ecce a in librili perpendamus effecta nostræ iustitiae, quæ
sunt donatio Spiritus adoptionis, a qui testatur Spiritui nostro nos a Rom.8,16
esse filios Dei, b pax cum Deo, c lætitia in Deo, consolatio, vita no- b Rom.5,1.
vitas, seu nova obedientia, & omnia bona opera, quorum radix est fides. c 1.Pet.1,8.
Etenim quos d iustificavit, hos, & sanctificavit: e & pro omnibus Gal.5,25.
mortuus est Christus, ut & qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei d Rom.8,30.
qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit; f ipsius sumus factura, e 2.Cor.5,15.
creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparavit Deus, ut in f Eph.2,10.
illū ambulemus; g quin idē Christus dedit semetipsū pro nobis g Tit.2,11.
ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mūdaret sibi populu acce- 12.14.
ptabile, sestatorem honorum operū h ut sequamur vestigia ejus, iju- h 1.Pet.2,21
stite vivamus, k ut liberati serviamus illi sanctitate & iustitia. Et iib.v.24.
Iulææ voces Apostoli sunt: l Justificati estis, an nescitis, quo- k Lu6,1,74.
niā corpora vestra membra sunt Christi? & membra vestra sunt 75.
templa Spiritus sancti? m quoniam estis filii, Deus misit Spiritum Fi. l 1.Cor.6,
lij in corda vestra.

23. Hisce bonis operibus ex Spiritu adoptionis & fide proger- m Gal.4,6.
minantibus vitam nostram ad normam & formam legis divinæ
magis magisq; conformamus; non tantum propter ipsam obliga-
tionem legalem, quandoquidē Deo mandanti necesse est parere;
sed ex spiritu caritatis, nempe tum in primis ut Deo in Christo ma-
gis magisq; grati pro immensa misericordia & bonitate, quā no-
bis remisit peccata propter Filium simus, ejusq; gloriæ inservia-
mus; tū ut nos ipsis de adoptione & electione nostrâ indies con-
firmemus; tū ut nostro exemplo ceteros ad Christū adducamus.

24. Ne v. inscitior quispiam diutius scrutatum eat, quæ sint
vera illa bona opera, quid ex sacrarum litterarum myrothecio mi-
hi compertum sit, pergā hinc promere. Bona opera neutiq; sunt,
quæ sibi quilibet propria sua & ἐθελοθεσια comminiscitur. b

a Col.2,23.

b Esa.29,13.

Matt.15,8.

B

Frustra

Frustra namq; Deus colitur mandatis hominum: multò minus pro
c Ef. 1,10. sq. bonis operibus censeri atq; haberi possunt ea, quæ faciunt hypocritæ
d Mat. 5, 20. absq; fide, licet alioquin d mandata sint. e Quod enim non fit ex
Luc. 18, 11. fide, peccatum est. Verum enim verò vera Deo g, placentia opera sunt,
e Rom. 14, quæ juxta f prescriptum verbi divini à fidelibus sincera fide, hu-
v. ult. militate, dilectione Dei & proximi ad solius Dei gloriam præ-
f Psal. 15. stantur. Adde quod Christus g prolixè declarat, quæ opera De-
Ioh. 13, 34. us à nobis exigat.
Matth. 9, 25. Sed nequaquam bona opera sunt necessaria ad æternam salu-
13, 12, 7. tem, vel acquirendam vel conservandam. Nuncium itaq; mitten-
g Matth. 5, dum illi propositioni, quod bona opera ad salutem æternā ne-
6, & 7. cap. cessariò requirantur ob hasce sotnicas rationes. Primum ne gra-
tuita justificatio cum operibus, atq; ita doctrina Evangelii cum
doctrinā Legis confundatur. Deinde, quia Paullus per) particulas
exclusivas bona opera à foro Justificationis prorsus separat &
a Rom. 3, 28. secludit, cū ait; a Arbitramur justificari hominem per fidē sine o-
b Rom. 4, peribus Legis, & iterum; b beatitudinē hominis David dicit, cui
6. seq. Deus λογίζεται imputat Justitiam absq; operibus. Adhæc, si ope-
ra ad acquirendam salutem essent necessaria, pavidæ consciencie
c Rom. 4, 16. nunquā possēt acquiescere; cūm tamen idcirco c ex fide ju-
stificemur secundum gratiam, ut firma sit promissio. Deniq; ideo
d Ier. 9, 23. nō utendū illâ, ne quis glorietur, d sed ut gloria nostræ Redēptio-
24. 1. Cor. 1, nis, reparationis & salvationis soli Deo in solidum adscribatur.
31. 1. Cor. 4, 26. Hanc sententiam suffulcit, tanquam triarius apprimè no-
7. 2. Cor. bilis Augustinus. Nam sic scriptum ab eo legimus: Justitia Dei
10, 17. Christus est, qui factus est nobis, sicut dicit Apostolus, sapientia
1. 21. de Civ. à Deo, & justitia & sanctificatio & redemptio: ut quemadmodū
Dei c. 24. scriptum est, qui gloriatur, in Domino gloriatur. Hanc Dei justiti-
am quam donat gratia sine meritis, nesciunt illi, qui suam justitiam
volunt constituere, & ideo justitiae Dei, qui Christus est, non
sunt subjecti. In qua justitia est multa multitudo dulcedinis
Dei, propter quam dicitur in Psal. gustate & videte quam dulcis
est Dominus.
a Ro. 6, 7, 8. 27. Jam uno verbo adjiciatur cognatum, quod est renovatio
b Ephes. 2, 8. & sanctificatio, siquidem sunt res a conjunctæ, & Christianismus
9. 10. Noster constat, b Iustificatione & Sanctificatione.

28. Quam:

28. Quamvis autem sint res duæ conjunctæ, nihilo minus tamen sunt etiam distinctæ. Nam Iustificatio se habet, ut *Antecedens*, Sanctificatio verò ut *Consequens*. Præterea Iustificatio in nobis est, a relative & imputative. Sanctificatio v. in nobis est b subjective & inherētē. Quid? quod renovatio in hac vita tantum c incoatur & paullatim augetur, donec in altera vita perficiatur & consumetur; at iustificatio non sit ex parte, sed perfecte: quia d conscientias pacat, & tranquillas reddit.

a Rom. 4,5.

Gal. 3,6.

b Ioh. 13,35.

Iac. 2,21.

c Rom. 7.

d Rom. 5,10.

29. Intermissionem hanc iustificandi & renovandi pulcherrimè exprimit Paullus. Nam is de inhærente sua iustitia seu de integritate, quā per renovationem donatus erat, loquens, flebiliter exclamat: a Misere ego, quis me liberabit ex corpore mortis isto! ad *a Rom. 7,24* iustitiam verò imputativam confugiens, quæ in sola Dei b gratuitā bonitate, c gratiā, d Misericordia, e beneplacito volūtatis suæ f Dilecti- b *Tit. 3,4.* one seu caritate fundata est, & per iustificationem confertur, magni- c *Rom. 3,24.* ficè gloriatur, & plenā fiducia vitæ & morti, probris & inediæ, d *Eph. 2,4.* gladio rebusq; omnibus, unde mala omnia sese piis agminatim, e *Pet. 1,3.* ac fluenti exæstuantis more affundant, insultat. e *Eph. 1,9.*

30. Iustificationi opponitur Iudicium & ira Dei seu conde- f *Ioh. 4,9.* mnatio super incredulos, ex maledictione legis, sub quā manent 10. *Rom. 5,* omnes, qui sunt extra Christum, extra quem nulla gratia aut miseri- 8 *Eph. 2,4.* cordia Dei erga peccatores nec debet nec potest rectè cogitari, g *Rom. 8,* nisi lex solvatur, destruatur & intereat, quod est nefas. Quapropter Paullus semper addit: *ωραία βολῆς κόσμῳ, τῷ χριστῷ.*

31. Confusum, varium, multiplicem. teterrimarum opinionum veluti cinnum de doctrinâ iustificationis ad tabulas (quod dicitur) Ceritum rejicio, quæ omnia nō incuriosa lectio magni Germaniae Theologi Dn. Chemnitij lectori disputabit, unde mutua- parte 2. de ri & transponere collibebit, quo ex ipso restota notior fiat, ne- Iustif. 6,1. moq; non de hinc vitro (quod dicitur) Sidonio, & electro luci- ad f. dius sciat, quæ certamina, corruptelæ & hæreses Ecclesiam om- nium temporum exercuerint.

32. Hæc de doctrinâ iustificationis hominis coram D E O, breviter & leviter proposui, non ut dignitas tantæ doctrinæ requisiuit; verum ut tulit rudera quædam & ēgēima lucis vix re-

linquens humanæ mentis caligo, immō fervens ingenium, nec-
dum defæcatum, judiciique juvenantis mei penates; quamvis in
hoc studi & deditus fui; non tamen Argus ita & oculatus; ut o-
mnia viderim. Veniam itaque à Te, Lector benivole, parte spero,
parte precibus extensis oro, si votis per omnia minus satisfece-
rim. Etenim cogitandum est, hominū esse proprium connire in plu-
ribus; & in nullo aliter sapere, quam res habet, Angelica est perfectio.

33. Placeat verò τῷ αἰγαθῷ, καὶ παντὶ γαθῷ ē ὑπερηγαθῷ Deo,
ut gratuitam ipsius eudoniacē agnoscamus, qui merā suā clementiā
nos à peccatis, eorūq; pœnis absolvit, & Christi justitiā nos coro-
nat; ut peccati absoluti, nos ab illis, quantum in hac infirmitate per
Spiritū Sancti gratiam fieri potest, sedulō abstineamus, ne ingra-
ti, de novo turbâ scelerum collutilemur, & adobruamur; ut ju-
stificati, Virtutibus novae obedientiæ Fidei nostræ virtutem & sancti-
tatem declaremus, & tandem in Academiâ illa cœlesti finem si-
dei nostræ, salutem animarum nostrarum reportemus, ubi Mis-
ericordias Domini in æternum cantabimus: quo cantico in gloriam
gratiæ Christi, cuius sanguine liberati sumus, nihil erit profecto
illi jucundius Academiæ. Ipsi magno IEHOVÆ, sit laus, honor
& gratiarum actio nunquam finienda. O Amen, Amen.

Obiter & tanquam superpondia adjiciantur ista: 1. An jus-
tificati absq; speciali revelatione possint & debeant esse certi de sui
justificatione. A. & quidem tum ex promissione Evangelij, tum ex
testimonia Spiritus S. & conscientiæ propriæ. Etsi hæc certitu-
do non sit æquè firma omni tempore aut gradu fidei.

2. An justificatio ad tempus amitti possit? A. quatenus nem-
pe ipsa actualis fides, quæ ad justificationem requiritur, per pec-
cata contra conscientiam amitti potest.


3. An omnes fideles æquè justificantur, seu quod idem est,
an justificatio sit æqualis? A. quia æquè adoptantur ad viōget-
ar, seu jus filiorum Dei: et si fides ipsa & justitia seu
sanctitas inhærens non sit in omni-
bus æqualis.

Quod tandem superest: Sathanæ confusio, contrari
GLORIA sit soli, qui dedit ista, DEO.

Ung. VI 23
=[Dissertationes
theol. Vol. 59]



Ref. 06
ZD 77



Farbkarte #13

B.I.G.

Black
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres
Inches

586
78
VINCULA
INVENTIONE
FAVENTI,
DE,
no, & Excellentissimo,
RE MEISNERO,
& D. & P. P.
DENTE
KESTNERO,
no Sil.
suræ subiecta;
io Majori,
rtus Virginei
I. d. 4. Oct.
BERGÆ,
ANNIANIS.